

* * *

et difficilium morborum aggredi queat.

§. 2. Sic vero has medelas, cognitione ea duce et principe, aggredetur, ut prius vires naturae considerans, motus scilicet salutares, per quos et conservatur corpus, et vi morborum resistit, quos ab ipsis structura addiscere debet; ac deinde morborum causas essentiales tam remotas, quam proximas indagans, eorumque variam cognoscens indolem; quoniam multi sunt ii, et diversiformes; recteque a se invicem eos discernens, per illa signa et symptomata, quae unicuique eorum peculiariter adfunt; eventus eorum etiam praenoscens a propensionibus, quas natura aperte ostendit, a quibus et indicationes dextras simul acquirat; observansque oportunitatem ad medendum idoneam, quae a concoctionibus clare cognoscitur; exploratumque habens usum convenientium remediorum, quae ad tollendum morbum apta sunt; et ipsis tamquam armis instructus, causas morborum tollere conetur: hoc est mederi eos quando fieri possit facilius, praefertim medicamentis selectis,